agens, sed admodum clementer ac humiliter. Ut autem gubernatio in
Regno CHRISTI fit per Legem & Evangelium: ita porro eadem con-
atur per Spiritum S., tanquam optimum regni hujus Advocatum. Is sane
tantum flectit corda per legem, eaque jamjam satis flexa, legisque maledictione per-
territa, consolatur iterum ac erigit, verum etiam apud Regis nostri Patrem
Patrem puto Cœlestem, pro nobis intercedit, causam nostram semper agens.
Jus suum alii quidem Legislatores exigunt, perficiendi vero facultatem non
largiuntur, multo minus rigore legis perterritos erigunt, aut apud Judicem in-
tercedunt. Spiritus S. vero omne id assiduis in nobis suspiriis facit, Abba
mi Pater, in cordibus nostris cotidie clamitans. Largitur & Spiritus hic S.
timorem Domini adversus superbiam: largitur pietatem adversus obstinat-
largitur adversus ignorantiam: largitur fortitudinem adversus timidita-
tem: consilium adversus temeritatem, intellectus adversus hebetudinem,
sapientiam adversus stultitiam largitur. Videre hinc licet: quod populus
S. Ecclesia prærogativam præ reliquis gentibus omnibus habeat, sitque Christia-
rum summa sub Regno Christi felicitas: præprimis ubi & Rex noster semper
sto est: ut in administratione gloriosi regni sui omnes reprimat hostes.
les illi sint, quæritis Auditores suspiciendi? Ah nolite quærere id de
dum satis est liquidum, quod nosse cupitis. Sunt Satanas & Mundus. Per mun-
nunc hæreticos, nunc Tyrannos intelligo. Licet autem si hostes multis fu-
bus variisque insidiis populum DEI S. Ecclesiam gravissime infestentur, licet
plurimas calamitates iisdem ac molestias creent: Rex tamen noster JES.
CHRIST, insuperabili sua virtute ac potentia adest: invicto suo robore ass
contra hostium furores fortiter nos conservat. Rugiat proinde Satanas, fre
mundus! Frendeant Hæretici, ringantur Tyranni! CHRISTUS Rex noster
qui reprimere, qui defendere, qui et vincere potest. Si Deus pro nobis, quis contra
nos? Nemo, nemo potest nostræ saluti nocere: dum salutis nostræ Jesum cu-
stodem videmus. Sed dicendi finem facio: quia abunde satis Vobis, Audito-
res dulcissimi, gloriosum Regnum CHRISTI cum in Constitutione, tum in
Administratione spectare per dictionem meam licuit. Indeque et omnes fidel
regni hujus gloriosi subditos admonitos nunc volo: ut mitissimo Christi sce-
ptro colla sua submittant, inque mutua Orientis & Occidentis Regibus arma
bentibus, unius nostri Regis, Regis Regum potentissimi potentiæ ac cura
non modo confidant, verum etiam regni hujus bonis ac privilegiis acquiesc
Det autem Deus ter Optimus, terque Maximus, ut regnum hoc gloriosum CHR
æque ac lapis ille sine manibus abscissus, ad extremum ingentem Colossum, quem
Babyloniæ per soporem conspexerat, protrivisse legitur, regnum Satanæ, infen-
simi juratissimique adversarii nostri, qui totum mundum occupavit, tandem prote
eodemque felicissime protrito, solus Dominus, Dominus noster JESUS CHRISTUS, Rex
Cœli et Terræ potentissimus, qui sedet ad Dextram DEI Patris, sub scabellum
pedum suorum positis hostibus, hic & illic in æternum regnet, gubernet, im-
peret.

Dixi.